

THE SARUM RITE  
Breviarium Sarisburiense cum nota.

Tome A.  
Fascicule 19.  
Pages [679]-[738].

Commune sanctorum  
extra tempus paschale.  
In natali unius martyris.

Edited by William Renwick.

Hamilton Ontario.  
The Gregorian Institute of Canada.  
MMXII.

*The Sarum Rite* is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien de Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

*The Sarum Rite* is distributed over the internet through .pdf files located at: [www.sarum-chant.ca](http://www.sarum-chant.ca)

This document first published July 1 2012.

Revised June 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

[www.gregorian.ca](http://www.gregorian.ca)

© The Gregorian Institute of Canada, 2012.

## ¶ *In natali unius martyris extra tempus paschale.*


¶ *Nota quod communiter per totum annum in festis ix. lectionum super psalmos feriales dicitur ant. Iste sanctus. nisi in festo sancti Albani martyris quando translatio sancti Edwardi<sup>1</sup> cum ix. lectionibus celebratur in eadem ebdomada et sancti Edmundi regis et martyris quando festum sancti Clementis in eadem ebdomada contigerit.*

### *Ad vesperas.*

*Super psalmos feriales.*<sup>2</sup>

AS:634; 1519-C:12r; 1531-P:68r.<sup>3</sup>

Ant.  
VIII.i.




3434.

S-te sanctus \* pro le-ge De-i su-i certá-vit us-  
que ad mortem : et ad ver-bis impi-ó-rum non tímu-it :  
fundá-tus e-nim e-rat supra firmam petram. S. A. E.

*Vel alia antiphona.*

AS:634; 1519-C:11v; 1531-P:68r.<sup>4</sup>

Ant.  
I.vi.



1677.

E-á-tus \* vir qui suffert tenta-ti-ónem quó-

ni- am cum pro-bá-tus fú-e-rit accí-pi- et co-ró-nam  
 vi-te quam repromí-sit De- us di-li-gén-ti-bus se.

S. A. E.

*He predicte due antiphone dicantur alternis vicibus per ebdomadam super psalmos in festis ix. lectionum unius martyris, ita tamen quod quando dicitur antiphona Beátus vir. super psalmos tunc dicitur istud sequens Capitulum.<sup>5</sup>*

|  |  |  |        |
|--|--|--|--------|
| <b>I</b> ste sanctus pro lege Dei sui<br>certávit usque ad mortem : et a |  | verbis impiórum non tímuit, fundátus<br>enim erat supra firmam petram. | [68v.] |
|--|--|--|--------|

*Ad utrasque vespervas et ad matutinas et ad iij.*

*Similiter quando dicitur antiphona Iste sanctus. super psalmos tunc dicitur capitulum sequens.*

*Jacobi. Primo. (12.)*

|   |  |   |
|---|--|---|
| <b>B</b> eátus vir qui suffert tentati-<br>ónem, quóniam cum probátus |  | fúerit accípiet corónam vite quam<br>repromísit Deus diligéntibus se. |
|---|--|---|

*Vel aliud capitulum.<sup>6</sup> Ecclesiastici xiiij. (22.)*

|  |  |  |
|--|--|--|
| <b>B</b> eátus vir qui in sapiéntia mo-<br>rábitur, et qui in justícia medi- |  | tábitur : et in sensu cogitábit circum-<br>spectiónem Dei. |
|--|--|--|

¶ *Ad utrasque vespervas et ad matutinas et ad iij. in festis iij. lectionum sine regimine chori nunquam dicitur R̄. ad primas vespervas. In festis ix. lectionum dicitur R̄.*

¶ *De uno martyre decollato. R̄. Perceptúrus jam vir. [709].*

*Et hec sunt festa per annum in quibus dicendum est predictum R̄. scilicet in festo sancti Marcelli, sancti Blasii, sancti Albani, sancti Kenelmi, sancti Stephani prothomartyris,*

sancti Oswaldi, sancti Donati, sancti Romani, in decollatione sancti Iohannis Baptiste, sancti Firmini, sancti Leodegarii, sancti Quintini, sancti Edmundi regis, et sancti Grisogoni.

Tamen non dicitur illud *R̄.* in festis iij. lectionum sine regimine chori ad primus vespervas sed tantum sit iij. *R̄.* ad matutinas quando iij. nocturnum dicitur.

¶ De uno martyre non decollato. *R̄.* Beátus vir qui suffert. [708].

[¶ Hic cantus dicitur ad primas vespervas in festis ix. lectionum extra tempus nativitatis et paschale super hunc hymnum.]<sup>7</sup>

HS:108v; 1519-C:12r; 1531-P:68v.

Hymn.

II.



Artyr De- i qui ú-ni-cum, \* Pa-tris sequéndo Fí-li-

um : Vic-tis tri-úmphans hósti-bus, Victor fru-ens ce-lésti-

bus. 2. Tu- i pre-cá-tus mú-ne-re, Nostrum re-á-tum dí-lu-

e : Arcens ma-li contá-gi-um, Vi-te remó-vens té-di-um.


3. So-lú-ta sunt jam víncu-la, Tu- i sacrá-ti córpo-ris :

8346.


In natali unius martyris extra tempus paschale.




Nos solve vinclis sé-cu-li, Amó-re Fí-li-i De-i.



4. De-o Pa-tri sit gló-ri-a, E-júsque so-li Fí-li-o :



Cum Spí-ri-tu Pa-rá-cli-to, Et nunc et in perpé-tu-um.



A-men.

[In tempore vero nativitatis usque ad purificationem dicatur hic cantus ad j. vespervas et ad matutinas. In alio tempore anni in festis ix. lectiones ad matutinas hoc modo.]<sup>8</sup>

HS:109r; 1519-C:12r; 1531-P:68v.

Hymn.

I.



Artyr De-i qui ú-ni-cum,\* Pa-tris sequéndo Fí-li-




um : Vic-tis tri-úmphans hósti-bus, Victor fru-ens ce-lésti-



bus. 2. Tu-i pre-cá-tus mú-ne-re, Nostrum re-á-tum dí-lu-

In natali unius martyris extra tempus paschale.




e : Arcens ma- li contá-gi- um, Vi-te remó-vens té-di- um.



3. So-lú-ta sunt jam víncu- la, Tu- i sacrá-ti córpo- ris :




Nos solve vinclis sé-cu-li, Amó-re Fí- li- i De- i.



4. De-o Pa-tri sit gló-ri- a, E-júsque so-li Fí-li- o :



Cum Spí-ri- tu Pa- rá- cli- to, Et nunc et in perpé- tu- um.



Amen.


[In tempore paschali dicitur hic cantus in festis cum regimine chori ad j. vespas et ad matutinas tantum.]<sup>9</sup>

HS:110r; 1519-C:12v; 1531-P:68v.<sup>10</sup>


Hymn.  
III.




Artyr De- i qui ú-ni-cum, \* Pa-tris sequén-do Fí-li-




um : Vic-tis tri-úmphans hósti-bus, Vic-tor fru-ens ce-lés-



ti-bus. 2. Tu- i pre-cá-tus mú-ne-re, Nostrum re-á- tum dí-




lu-e : Arcens ma-li contá-gi- um, Vi- te remó- vens té-di-



um. 3. So-lú- ta sunt jam víncu-la, Tu- i sacrá- ti córpo-ris :



Nos solve vin-clis sé-cu-li, Amó-re Fí- li- i De- i.



4. Qué-su-mus Auctor ómni- um, In hoc pascha- li gaudi- o :




Ab omni mor- tis ímpe-tu, Tu- um de-fén-de pópu-lum.




5. Gló-ri- a ti-bi Dómi-ne, Qui surrex-ís- ti a mórtu- is :



In natali unius martyris extra tempus paschale.



Cum Patre et Sanc-to Spí-ri-tu In sempi-tér-na sé-cu-la.




Amen.

[In festis iij. lectionum sine regimine chori per totum annum dicatur hic cantus ad vespervas et ad matutinas tantum.]<sup>11</sup>

HS:110v; 1519-C:12v; 1531-P:68v.<sup>12</sup>


Hymn.  
IV.



Ar-tyr De- i qui ú-ni-cum,\* Pa-tris se-qúendo Fí-li-




um : Vic-tis tri-úm-phans hósti-bus, Vic-tor fru- ens ce-lés-



ti-bus. 2. Tu- i pre-cá-tus mú-ne-re, Nostrum re- á-tum



dí-lu-e : Arcens ma-li contá-gi- um, Vi-te re-mó-vens té-di-



um. 3. So- lú-ta sunt jam víncu-la, Tu- i sa-crá-ti córpo-

In natali unius martyris extra tempus paschale.




ris : Nos solve vinclis sé-cu-li, Amó-re Fí-li- i De- i.



4. De- o Pa-tri sit gló-ri- a : E-júsque so-li Fí-li- o :



Cum Spí-ri-tu Pa-rá-cli-to, Et nunc et in perpé-tu- um.



Amen.

*A nativitate usque ad purificationem.*



4. Gló- ri- a ti-bi, Dómi-ne, Qui na-tus es de Vírgi-ne :



Cum Patre et Sancto Spí-ri-tu, In sempi- térna sé-cu- la.


*In tempore paschali.*



4. Qué- sumus Auctor ómni- um, In hoc paschá-li gáudi- o :



Ab omni mortis ímpe-tu, Tu-um de-fende póp-u- lum.



5. Gló- ri- a ti-bi Dómi-ne, Qui scandis su-per sí-de-ra :



Cum Patre et Sancto Spí-ri-tu, In sempi- térna sé-cu- la.

*In tempore ascensionis.*




4. Du-dum sacrá-ta pécto-ra, Tu-a re-plésti grá-ti- a :



Dimítte nunc peccámi-na, Et da qui- é-ta témpo-ra.



5. Sit laus Pa-tri cum Fí-li-o, Sancto si-mul Pa-rácly-to :



No-bisque mit-tat Fí-li- us, Ca-rísma Sancti Spí-ri- tus.


℞. Glória et honóre coronásti eum Dómine.

8081.

[℞. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.]<sup>13</sup>

AS:634; 1519-C:12v; 1531-P:68v.

Ant.  
VII.i.



3056.

Ic est ve-re martyr \* qui pro Chris-ti nómi-ne sán-

In natali unius martyris extra tempus paschale.



gui-nem su- um fu-dit : qui mi-nas jú-di-cum non tímu- it :  
nec terré-ne digni-tá- tis gló-ri- am que- sí-vit : sed ad ce-lés-  
ti- a reg-na fe-lí-ci-ter per-vé-nit. *Ps. Magnificat. 67\**.

*Oratio.*

**A**Desto Dómine supplicatióibus  
nostris : et intercessióne beáti *N.*  
mártyris tui perpétuam nobis mise-

ricórdiam benígnus impénde. Per  
Dóminum.

*Alia oratio.*

**R**esta quésumus omnipotens  
Deus : ut qui beáti *N.* mártyris  
tui natalícia cólimus : intercessióne

ejus in tui nóminis amóre roborémur.  
Per Dóminum nostrum Jesum.

*Quando duo festa unius et alterius martyris in una die simul contingunt : tunc ad  
memoriam de alio festo dicitur ista ant. Iste cognóvit. quere hanc antiphonam post ij.  
vesperas hystorie. [728].*

*V. Posuísti Dómine. [694].*

*Oratio ut decet.*

### **¶** *Ad matutinas.*

*In festis ix. lectionum et iij. que habent duplex invitatorium.*

AS:635; 1519-C:13r; 1531-P:68v.<sup>14</sup>

Invit.  
IV.i.



Ustus flo-ré-bit \* in do-mo Dómi-ni plan-  
tá- tus. †Gaude-á-mus et ex-ulté- mus in e-jus sacra  
so- lenni- tá- te. *Ps. Ve-ní- te. 13\**.

1096.

*Aliud invitatorium in festis iij. lectionum que habent invitatorium simplex.*

AS:635; 1519-C:13r; 1531-P:68v.

Invit.  
VI.iii.



E-gem márt-y-rum Dó-mi-num. †Ve-ní-te a-do-  
ré-mus. *Ps. Ve-ní-te. 35\**.

1137.

*Hymnus. Martyr Dei. [68r].*

**¶** *In j. nocturno.*

AS:635; 1519-C:13r; 1531-P:68v.<sup>15</sup>


1. Ant.  
I.v.



N le-ge \* Dómi-ni fu- it vo-lúntas e-jus

3249.



In natali unius martyris extra tempus paschale.




di- e ac nocte. *Ps.* Beátus vir. (*j.*) [12].

AS:635; 1519-C:12v; 1531-P:68v.

4359. 2. Ant.  
I.i.





Ré-di-cans \* pre-céptum Dómi-ni consti-tú-tus




est in monte sancto e-jus. *Ps.* Quare fremuérunt. (*ij.*) [12].

AS:635; 1519-C:13r; 1531-P:68v.<sup>16</sup>

5489. 3. Ant.  
VII.ii.



O-ce me- a \* ad Dómi-num cla-má-vi : et ex-audí-



vit me de monte sancto su-o. *Ps.* Dómine quid multiplicáti.  
(*ijj.*) [13].

∅. Glória et honóre coronásti. [687].

*Lectio j.*

**U**i sanctorum merita religioſa charitate miratur, quinque justorum gloriam frequenti laude colloquitur : eorum mores sanctos atque justiciam imitetur, quoniam quem delectat alicujus sancti meritum, delectare debet par

circa cultum Dei obsequium. Quare et imitari debet si laudat, aut laudare non debet si imitari detractat, ut qui alium laudat, laudabilem se reddat : et qui sanctorum merita admiratur, mirabilis ipse vite sanctitate reddatur.


AS:635; 1519-C:13v; 1531-P:68v.<sup>17</sup>

1. Resp.


V.



S-te sanc-tus \* pro le-ge De-i su- i certavit



usque ad mor- tem : et a ver-bis impi- o- rum non



timu- it. †Fundatus e- nim e- rat su-pra fir- mam



pe- tram. ⁊. Mu-ni-mi-ne re-gi- o sep-tus : nul-la-



te-nus ab adversa-ri- is est su-per-a- tus. †Fundatus.

*Lectio secunda.*

**S**I propterea justos fidelesque diligimus quod in ipsis justiciam fidemque suspicimus<sup>18</sup> : pos-


sumus nos quoque esse quod sunt, si faciamus quod ipsi faciunt. Neque enim difficile nobis est quod ab ipsis

géritur imitári : cum sine precedenti  
exémpló, ab antíquis tália gesta  
conspícimus, ut non ipsi aliórum  
émuli redderéntur : sed emulánde

virtútis seípsos nobis préberent  
exémplum, ut dum nos ex ipsis, et ex  
nobis álii proficiunt, sic Christus  
semper in suis in ecclésia laudétur.

AS:636; 1519-C:13v; 1531-P:69r.<sup>19</sup>

2. Resp.  
I.

7060.  Ustus \*germi-ná-bit si-cut lí- li- um. †Et

flo-ré-bit in e-tér- num ante Dó-mi- num.

7060a. ∅. Plantá-tus in domo Dómi- ni : in á-tri- is domus

De- i nos- tri. †Et flo-ré-bit.

*Lectio tertia.*

**A**B origine mundi innocens Abel  
occiditur, Enoch placens Deo  
transfértur, justus Noe invenitur,  
Abraham fidélis probáitur, Móyses  
mansuétus dinóscitur, Jesus castus,  
David lenis, Helýas accéptus, Dániel  
sanctus, tres púeri victóres reddúntur :  
apóstoli discípuli Christi credéntium  
mágistri habéntur. A quibus erudíti  
confessóres fortíssime pugnant, már-

tyres perfécti triúmphant : et Chris-  
tiáni semper exércitus dyábolum Deo  
armáti debéllant. In istis semper  
pares virtútes : dissímiles pugne, et  
glorióse victórie. Christiáne delicátus  
es miles : si putas te sine pugna  
vín cere, sine certám ine triumpháre.  
Exere vires, fortitúdine dí mica, atró-  
citer in prélio insta, concérta, consi-  
dera pactum : conditionem atténde :



militiam nosce. Pactum quod spondisti : conditionem qua accessisti : militiam cui nomen dedisti. Hoc enim pacto quos miraris cuncti

pugnarunt, hac conditione universi vicerunt : hac militia triumpharunt. Tu autem.

AS:636; 1519-C:13v; 1531-P:69r.<sup>20</sup>

3. Resp.

III.



S-te \* cognó-vit justí- ci- am et vi-dit



mi-ra- bí- li- a mag- na : et ex-o-rá-vit Altís- si- mum.




†Et invéntus est in núme-ro sanc-tó- rum.



∞. Is- te est qui contémpsit vi-tam mun-di : et pervé-



nit ad ce-lés- ti- a reg- na. †Et invéntus. ∞. Gló- ri-



a Pa-tri. †Et invéntus.

6995.

6995a.


**C** In ij. nocturno.

AS:636; 1519-C:14r; 1531-P:69r.<sup>21</sup>

2879. 4. Ant.  
II.i.



I-li- i hómi-num \* sci-tó- te qui- a Dómi-nus



sanctum su- um mi-ri- fí- cá-vit. *Ps.* Cum invocárem. (iii.) [13].

AS:636; 1519-C:14r; 1531-P:69r.<sup>22</sup>

4838. 5. Ant.  
II.i.



Cu-to \* bo-ne vo-lu-tá- tis tu-e co-ro-násti e-um




Dómi-ne. *Ps.* Verba mea. (v.) [14].

AS:636; 1519-C:14r; 1531-P:69r.

3304. 6. Ant.  
II.i.



N u-ni-vér-sa terra \* gló-ri- a et honó-re co-ro-



násti e-um. *Ps.* Dómine Dóminus noster. (vii.) [17].

8170. *V̇.* Posuísti Dómine [super caput ejus.

*Ṙ.* Corónam de lápide precíoso].<sup>23</sup>

[Quando vero dicatur *Ṙ.* de secundo nocturno communis hystorie unius martyris in


*festis iij. lectiones sine regimine chori, tunc non dicitur ante lectiones versiculi Posuisti Dómine. sed versiculi Glória et honóre. et hoc propter nonam antiphonam que est Pósuisti Dómine.]<sup>24</sup>*


*Lectio iiij.*


**C**onsídera Christiáne presénte  
Deo te cum hoste pugnáre.  
Favet ut vincas : favet Dóminus ut  
obtíneas. Cum pugnás adest : cum  
dímicas presens est. Tantum enim  
vírium de ejus preséntia cóncipis :  
quantum inimíco debílitás accédit.  
Tu erígeris in virtútem : hostis íncidit  
in debilitátem. Tibi arma divínitus  
ministrántur : illi malície tela fran-  
gúntur. Tibi conspéctus Dei vírium


ádhíbet increméntum : hosti presens  
majéstas ádimít nocéndi venéna. Tibi  
ángeli plaudunt, illi formídinem  
ádhíbet. Tibi fortitúdo tribúitur :  
illíus malícia infirmátur. Quibus tu  
fovéris : ille opprímítur. Quibus tu  
erígeris : ille prostérnitur. In tua  
pugna Dóminus congréditur, Dómi-  
nus dímicat, Dóminus preliátur : et  
victória tibi ascríbítur.


AS:636; 1519-C:14r; 1531-P:69r.<sup>25</sup>

4. Resp.  6412.

IV.  E-si-dé-ri-um \* á-nime e- jus tri-bu-ís-ti

 e- i Dómi- ne. †Et vo-luntá- te la-bi- ó- rume- jus non

 6412a.  
fraudás- ti e- um. ✠. Quó-ni- am pre-ve-nís-

 ti e- um in be-ne-dic-ti- ó-ni-bus dulcé-di-nis : po-su-ís-ti



in cá-pi-te e-jus co-ró- nam de lá-pi-de pre-ci-  
 ó- so. †Et vo-luntá- te.


*Lectio quinta.*


**C**ertámen tuum Christiáne : Dei certámen est. Prélium tuum : Christi est prélium. Quid trépidas, quid formídas, quasi tua virtúte devíncas ? Apprehénde arma, procéde in bellum, fórtiter dímica : ut dimicánti assit ille, qui vinci non novit. Non potest imperatórem promeréri : qui hostem a se nolúerit superári. Non potest regi esse accéptus : qui hosti fúerit lenocinátus. Non enim hostem póterit víncere : nisi qui atróciter volúerit dimicáre. Victória

mílitis, peréptio hostis : et peréptio hostis, glória est imperatóris. Dénique in certámine Christiáno : aut supérstes miles prostráto hoste beátus de prélio redit : aut hostem victor moriéndo devíncit. Felíciter enim vincit qui post victóriam vinci non novit. Felíciter vincit : qui et dyábolum et mundum post victóriam relínquit. Felíciter vincit : qui profíciscens e mundo, dyábolum quem in presénti devícit : in futúro cum Dómino judicábit.

AS:637; 1519-C:14v; 1531-P:69r.<sup>26</sup>

5. Resp.  
 VIII.

6505. 



O-mi-ne \* pre-ve-nís-ti e-um in be-ne-dic-  
 ti- ó- ni-bus dul- cé-di- nis. †Po-su-ís-ti in cá-

pi-te e- jus co-ró- nam de lá-pi- de pre-ci-  
 ó- so. ✠. Vi- tam pé- ti- it a te tri- bu- ís- ti e-  
 i Dómi- ne. †Po- su- ís- ti.

6505a.

*Lectio sexta.*


**A**lios enim post unum certámen ad álias palmas Dóminus servat : álios consummáte mártýrio jam coronat. Alios victóres rétinet in ex-émpulum : álios jam perféctos trans- míttit ad celum. Alios frequénte- desíderat vidére certántes : álios passióne jam eméritos, impónit regnis celéstibus triumphántes. Imperatóris Christi ab ómnibus dignátio col- laudétur : qui in suis et semel et frequénte hostem devícit : et quem modo pugnáre víderit, munerábit. Tantum contra hostem excitétur ánimus, exerceátur virtus, devótio preparétur : ut procédens miles ad

bellum, vel prime prélio coronétur, vel frequéntibus trophéis palmárum número honorétur. Sic dimicavérunt quos diligere Christiáne consuevísti : sic preliáti sunt, quos semper amásti. Dénique tres púeri in Cáldea bárbari regis dum terróres despíciunt, for- mídines calcant, minas contémnunt : sic eúndem regem cum suis ígnibus devicérunt. Dániel quoque cultor Dei amátor veritátis, justície defénsor, dum in obsecrándo Deum, regis edícta contémnit : sic et leónum rábiem devícit, et de inimicórum intéritu exultávit. Tu autem.


[69v.]

AS:637; 1519-C:14v; 1531-P:69v.<sup>27</sup>

6776.  
6776b.




Ló-ri-a \* et ho-nó- re co-ro-nás- ti e-



um Dómi- ne : et consti-tu-ís- ti e- um




su-per ópe-ra má- nu-um tu-á- rum. †Om-ni- a



subje-cís- ti sub pé- di-bus e- jus.



∞. Quó- ni- am e-le-vá-ta est magni-fi-cénci- a tu- a



su-per ce-los De- us. †Om-ni- a.



∞. Gló- ri- a. †Om-ni- a.

¶ *In iij. nocturno.*


AS:637; 1519-C:15r; 1531-P:69v.<sup>28</sup>

7. Ant.  
VII.ii.



Ustus Dó-mi-nus \* et justí-ci-as di-léx-it : equi-

3545.



tá-tem vi-dit vultus e-jus. *Ps.* In Dómino confido. (x.) [19].

AS:638; 1519-C:15r; 1531-P:69v.<sup>29</sup>

8. Ant.  
IV.i.



A-bi-tá-bit \* in ta-berná-cu-lo tu-o : requi-és-cet

2987.



in monte sancto tu- o. *Ps.* Dómine quis habitábit. (xiv.) [23].


AS:638; 1519-C:15r; 1531-P:69v.

9. Ant.  
IV.v.



O-su-ís-ti Dómi-ne \* su-per ca-put e-jus co-ró-

4344.



nam de lá-pi-de pre-ci-ó-so. *Ps.* Dómine in virtúte. (xx.) [38].

Ÿ. Justus ut palma florébit. [*Non dicatur ulterius quodcumque dicatur, nisis ad horam nonam post capitulum tantum* Ÿ. Sicut cedrus Libáni multiplicábitur.]<sup>30</sup> 8117.

*Evangelium. Secundum Johannem xij. (24).*

**I**N illo tēpore, Dixit Jesus discipulis suis, Amen amen dico vobis, nisi granum fruménti cadens in terra mórtuum fúerit : ipsum solum manet. Et réliqua.

*Omelia beati Augustini episcopi. (In Joannis Evangelium, Tract. LI.)<sup>31</sup>*

**S**E dicébat Dóminus granum mortificándum, et multiplicándum. Mortificándum in infidelitáte Judeórum : et multiplicándum in fide ómnium populórum. Jam vero exhórtans ad passiónis sue sectánda vestígia : qui amat inquit ánimam

suam perdet eam. Quod duóbus modis potest intélligi. Qui amat perdet : id est si amas perdis. Si cupis vitam tenére in Christo : noli mortem timére pro Christo. Item álio modo. Qui amat ánimam suam : perdet eam. Noli amáre, ne perdas. Noli amáre in hac vita : ne perdas in etérna vita. Hoc autem quod postérius dixi : magis habére vidétur evangélicus sensus. Séquitur enim, Et qui odit ánimam suam in hoc mundo : in vitam etérnam custódit eam.

AS:638; 1519-C:15v; 1531-P:69v.<sup>32</sup>

6341. 7. Resp. III.



O-ró-na \* áure-a su-per ca-put e- jus



exprés-sa signo sancti-tá-tis. †Gló- ri- a honó-

6341z.




ris et o- pus for- ti- tú-di- nis. ✠. Ci-bá- vit



il-lum pa-ne vi-te et intel-léc- tus : et aqua sa-pi- énti-





e sa-lu-tá-ris po- tá-vit il- lum. †Gló- ri- a.

*Lectio viij.*

**E**Rgo quod supradíctum est qui amat subintelligitur in hoc mundo : ipse útique perdet. Qui autem odit ánimam suam útique in hoc mundo : in vitam etérnam ipse custódit eam. Magna et mira senténtia : quemádmódu sit hóminis in ánimam suam amor ut péreat : ódium ne péreat. Si male amáveris : tunc odísti. Si bene óderis : tunc amásti. Felíces qui odérunt custodiéndó : ne perdant amándó. Vide ne tibi sur-


répat ut teípsum velis interímere, sic intelligéndo : quod debes odísse in hoc mundo ánimam tuam. Hinc enim malígni quidam atque perversi et in semetípsis crudelióres et sceleratióres homicide : flammis se donant : aquis prefócant, precipítio collídunt et péreunt. Hoc Christus non dócuit, immo étiam dyábolo precipítium suggerénti : redi inquit retro Sáthanas. Scriptum est : Non tentábis Dóminum Deum tuum.

AS:638; 1519-C:15v; 1531-P:69v.<sup>33</sup>


8. Resp.  
VII.



To- la \*jo-cundi-tá- tis ín- dú- it e-




um Dómi- nus. †Et co-ró- nam pul-chri- tú-di-nis




pó- su- it su-per ca- put e- jus. †. In-du- it

7710.

7710b.



e-um Dómi-nus ló-ri-ca fi-dé-li: et or-ná-vit



e-um. †Et co-ró-nam.

*Lectio ix.*

**P**etro autem dixit significans qua morte clarificatúrus esset Deum, Cum esses júnior cingébas te : et ambulábas ubi volébas : cum autem senúeris, exténdes manus tuas et alter te cinget : et feret quo tu non vis. Ubi satis expréssit, non a seípso sed ab álio debére occídi : qui vestígia séquitur Christi. Cum ergo cause artículus vénerit, ut hec condítio proponátur, aut faciéndum est contra Dei precéptum, aut ex hac vita emigrándum, quorum duórum homo cogátur álterum elígere, comminánte mortem persecutore : ibi elígat Deo

dilécto mori quam offénso vívere. Ibi óderit in hoc mundo ánimam suam : ut in vitam etérnam custódiat eam. Si quis michi minístrat : me sequátur. Quid est me sequátur, nisi me imitétur ? Christus enim pro nobis passus est ait Petrus apóstolus, relínquens nobis exéplum : ut sequámur vestígia ejus. Ecce quod dictum est, Si quis michi minístrat : me sequátur. Quo fructu, qua merce, quo prémio ? Et ubi sum inquit ego : illic et miníster meus erit. Gratis amétur et óperis quo minístrátur illi précium sit esse cum illo.

**¶** *De uno martyre non decollate.*

*Evangelium. Secundum Lucam xiiij. (26).*

[70r.]

**I**N illo témpore, Dixit Jesus discípulis suis, Si quis venit ad me, et non odit patrem suum, et matrem, et uxórem, et filios, et fratres, et soróres, adhuc autem et ánimam suam non potest meus esse discípulis.

Et réliqua.

*Omelia beati Gregorii pape. 27. (In Evangelia, Lib. ii. Homilia xxxvii.)<sup>34</sup>*

**S**I considerémus fratres charísimi que et quanta sunt que nobis promittúntur in celis : viléscunt

ánimo ómnia que habéntur in terris. Terréna namque substántia supérne felicitáti comparáta pondus non subsidiúm est. Vita temporális etérne

vite comparáta : mors est pótius dicénda quam vita. Ipse enim quotidiánus deféctus corruptiónis : quid est aliud quam quedam prolixitas mortis ?

*Lectio viij.*

**Q**ue autem lingua dícere, vel quis intelléctus cápere súfficit illa supérne felicitátis quanta sunt gáudia angelórum choris interésse, cum beatíssimis spirítibus glórie Conditóris assístere, preséntem Dei vultum cérnere, incircunscríptum lumen vidére, nullo mortis metu áffici, incorruptiónis perpétuo múnere letári ? Sed ad hec audíta inardéscit ánimus, jamque illic cupit assístere, ubi se sperat sine fine gaudére. Sed ad magna prémia perveníri non potest :

nisi per magnos labóres. Unde et Paulus egrégius predicátor dicit, Non coronábitur quis : nisi legítimé certáverit. Deléctet ígitur mentem magnitúdo premiórum : sed non detérreat certámen labórum. Unde ad se veniéntibus Véritas dicit, Si quis venit ad me, et non odit patrem suum et matrem, et uxórem, et filios, et fratres, et soróres, adhuc autem et ánimam suam : non potest meus esse discípulus.

*Lectio ix.*

**S**ed percuntári libet quómodo paréntes et carnáliter amícos precipimur odísse : qui jubémur et inimícos diligere. Et certe de uxóre Véritas dicit, Quos Deus conjúnxit : homo non séparet. Et Paulus ait, Viri diligite uxóres vestras : sicut et Christus ecclésiám. Ecce discípulus uxórem diligéndam prédicat : cum Mágister dicat, Qui uxórem non odit : non potest meus esse discípulus.

Num áliud Judex núnciat : et áliud preco clamat ? An simul et odísse póssumus et diligere ? Sed si vim precépti perpéndimus : utrúmque ágere per discretiónem valémus. Ut eos qui nobis carnis cognatióne conjúcti sunt et quos próximos nóvimus diligámus : et quos adversários in via Dei pátimur : odiéndo et fugiéndo nesciámus.

[*Item alie lectiones unius martyris.*]

¶ *Evangelium. Secundum Lucam ix. (23).*<sup>35</sup>

**I**N illo tēpore. Dixit Jesus discipulis suis, Si quis vult post me venīre abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me. [Et reliqua.]<sup>36</sup>

*Omelia de diversis tractatibus.*

**Q**uia Dóminus ac Redēptor noster, novus homo venit in mundum : nova precēpta edidit mundo. Vite enim nostre véteri in viciis enútrite : contrarietatem oppósuit novitatis sue. Quid enim vetus, quid carnális homo nóverat, nisi sua

retinere, aliéna rápere si posset, concupiscere si non posset, sed celéstis Médicus síngulis quibúsque viciis obviántia ádhabet medicaménta. Nam sicut arte medicíne frígida cálidis, cálida frígidis curántur : ita Dóminus noster contrária oppósuit medicaménta peccátis, ut lúbricis continéntiam, tenácibus largitatem, iracúndis mansuetúdinem, elátis precíperet humilitatem.

*Lectio viij.*

**E**rte cum se sequéntibus nova mandáta propóneret : dixit, Nisi quis renunciáverit ómnibus que possidet : non potest meus esse discipulus. Ac si apérte dicat, Qui per vitam véterem aliéna concupiscitis : per novas conversatiónis grátiam et vestra largímini. Quid vero in hac lectiône dicat Dóminus : audiámus. Qui vult post me venīre : abneget semetipsum. Ibi dicitur ut abnegemus nostra : hic dicitur ut abne-

gēmus nos. Et fortásse laboriósium non est hómini relínquere sua : sed valde laboriósium est relínquere semetipsum. Minus quippe est abnegáre quod habet : valde enim multum est abnegáre quod est. Ad se autem nobis veniéntibus Dóminus precépit ut renunciémus nostris : quia quicúnque ad fidei agónem venimus, luctámen contra malignos spíritus súmimus.

*Lectio ix.*

**N**ichil malignus spíritus in hoc mundo próprium pössidet. Nudi ergo cum nudo luctári debémus. Nam si vestítus quisque cum nudo

luctátur : cítius ad terram dejícitur, quia habet unde teneátur. Quid enim sunt terréna ómnia, nisi quedam [70v.] córporis induménta ? Qui ergo con-

tra dyábolum ad certámen próperat : vestiménta abjíciat, ne succúmbat. Nichil in hoc mundo amándo possídeat, nullas rerum labéntium delectatiónes requírat : ne unde ad votum tégitur, ad casum inde teneátur. Nec tamen súfficit nostra relínquere : nisi relinquámus et nos. Quid est quod dícimus, Relinquámus et nos ? Si

enim nos ipsos relínquimus, quo íbimus, extra nos ? Vel quis est qui vadit si se déserit ? Sed áliud sumus per peccátum lapsi : áliud per naturám cónditi. Aliud quod fécimus, áliud quod facti sumus. Relinquámus nosmetípsos quales peccádo nos fécimus : et maneámus nosípsi quales per grátiam facti sumus.

[¶ *Item alie lectiones unius martyris.*

*Lectio prima.*<sup>37</sup>



Uia natálem mártiris hodiérna die fratres mei cólimus : nequáquam nos a virtúte ejus paciéntie existimáre extráneos debémus. Si enim adjuvánte nos Dómino : virtútem paciéntie serváre conténdimus, et in pace ecclésie vívimus : et tamen mártirii palmam tenémus. Duo quippe sunt

mártirii génera, unum in mente : áliud in mente simul et actiÓne. Itaque mártires esse pÓssumus : étiam si nullo ferro percutiéntium trucidémur. Mori quippe a persecúente mártiriam, in apérto ópere est. Ferre vero contumélias, odiéntem dilígere : mártiriam est in occúlta cogitatiÓne. Tu autem.

*Lectio ij.*

¶ Uia duo sunt mártirii génera, unum in occúlto, áliud in público : testátur VÉRitas que Zebedéi filios requírat dicens, Potéstis bíbere cálicem : quem ego bibíturus sum ? Cui cum prótinus respondérent, PÓssumus, íllico Dóminus respóndit dicens, Cálicem quidem meum bibétis. Quid enim per cálicem nisi dolórem passiÓnis accípimus ? De quo álias dicit, Pater si fieri potest :

tránseat a me calix iste. Et filii Zebedéi, id est Jacóbus et Johánes, non utérque per mártiriam occúbuit : et tamen quod utérque cálicem bíberet audivit. Johánes namque nequáquam per mártiriam vitam finívit : sed tamen martyr éxitit, quia passiÓnem quam non suscepit in córpore : servávit in mente. Et nos ergo hoc exémplo sine ferro esse mártires pÓssumus : si paciéntiam

veraciter in animo custodiámus. Probámus quotidie verum esse quod ante nos dictum est, quia sancta

ecclesia electórum flóribus plena, habet in pace lília : in bello rosas.

*Lectio tertia.*

**S**ciéndum pretérea est : quod tribus modis virtus paciéntie exérceri solet. Alia namque sunt que a Deo, ália que ab antíquo adversário, ália que a próxímo sustinémus. A próxímo namque persecutiónes, damna et contumélias : ab antíquo autem adversário, temptaménta, a Deo autem flagélla tolerámus. Sed in ómnibus his tribus modis vigilánti óculo semetípsum debet mens circumspícere, ne contra mala próxími pertrahátur ad retributióne[m] mali, ne contra temptaménta adversárii, seducátur ad delectatióne[m] vel consénsu[m] delícti, ne contra flagélla opíficis ad excésum<sup>38</sup> próruat

murmuratiónis. Perfécte enim adversárius víncitur quando mens nostra et inter temptaménta ejus a delectatióne atque consénsu non tráhitur, et inter contumélias próxími custóditur ab ódio, et inter flagélla Dei compéscitur a murmuratióne. Nec hec agéntes retribuí nobis preséntia bona requirámus. Nam pro labóre paciéntie : bona speránda sunt sequéntis vite. Ut tunc prémium nostri labóris incípiat : quando omnis jam labor fúnditus cessat. Unde et per Psalmístam dicitur, Non in finem oblívio erit páuperis : paciéntia páuperum non períbit in finem.

*Lectio quarta.*

**Q**uási enim perísse paciéntia páuperum cérnitur : cum nichil pro illa in hac vita humílibus recompensátur. Sed paciéntia páuperum in finem non períbit : quia tunc ejus glória percípitur : cum simul ómnia laboriósá terminántur. Sciéndum vero est quod plerúmque eveníre paciéntibus solet, ut eo quidem témpore quo advérsa pati-

úntur, vel contumélias áudiunt : nullo dolore pulséntur, et sic paciéntiam exhibeant, ut custodíre étiam cordis innocéntiam curent. Sed cum post páululum hec ipsa que pertulérunt ad memóriam révocant : igne veheméntissimi dolóris instigántur. Arguménta ultiónis inquírun[t], et mansuetúdinem quam tolerántes habu-

érunt : in retractatióne sua,

semetipsos dijudicantes perdunt.

*Lectio quinta.*

**C**Allidus namque adversarius bellum contra duos movet. Unum videlicet inflammans ut contumelias prior inferat : alterum vero provocans, ut contumelias lesus reddat. Sed quia ejus jam victor extitit, quem ad proferendas contumelias commovit, contra illum adversarius acrius dolet : quem ad reddendas injurias commovere non potuit, unde fit ut tota se virtute contra eum erigat : quem contumelias fortiter pertulisse considerat. Quem quia commovere in ipsa injuriarum jaculatione non potuit : ab aperto certamine interim recedens, in secreta

cogitatione deceptionis tempus inquirat. Et qui publico bello perdidit : ad exhibendas occulte insidias exardescit. Quieto jam tempore ad victoris animum adversarius redit, et vel damna rerum vel injuriarum jacula ad memoriam reducit, cunctaque que sibi illata sunt vehementer exaggerans fuisse intolerabilia ostendit, et quiescentis animum tanto furore conturbat : ut plerumque vir patiens illa se equanimiter tollerasse, etiam post victoriam captivus erubescat : seque non reddidisse contumelias doleat : et deteriora rependere si occasio prebeatur etiam querat.

*Lectio sexta.*

**Q**uibus isti sunt similes : nisi qui per fortitudinem in campo victores sunt : sed per negligentiam postmodum intra urbis claustra capiuntur ? Quibus isti sunt similes, nisi his quos irruens gravis languor a vita non subtrahit : leviter veniens rediviva febris occidit ? Ille ergo veraciter patientiam servat : qui et ad tempus aliena mala sine dolore patienter tolerat, et hec eadem retractans, pertulisse se talia exultat : ne bonum patientie quietis tempore

pereat quod in perturbationibus custoditur. Servate ergo fratres in mente patientiam, eamque, cum res exigit, exercete in operatione. Nullum vestrum ad odium proximi contumeliosa verba promoveant, nulla periturarum rerum damna perturbent. Si enim fixa mente mansura damna pertimescitis : damna rerum transeuntium gravia non putatis. Si eterne retributionis gloriam conspicitis : de temporali injuria non doleris. Tolerate ergo adversarios vestros : sed

ut fratres diligite quos tolerátiſ. Etérna prémia pro temporálibus damnis quéríte. Nec quisquam vestrum ſuis ſe víribus hoc implére poſſe confidat : ſed obtinére<sup>39</sup> précibus ut ipſe hanc<sup>40</sup> ímperat preſtet. Et ſcimus quia peténtes


libénter exáudit : quando hoc pétitur largíri quod jubet. Cum contínué pulſátur in prece : cóncite opitulátur in temptatióne Jeſus Chriſtus Dóminus noſter cui<sup>41</sup> cum Patre et Spírítu Sancto et impérium. Per ómnia ſécula ſeculórum amen.

*Evangelium*, Si quis venit ad me. [702]. *vel Evangelium*, Si quis vult poſt me venire. *ut ſupra*. [704].<sup>42</sup>

¶ *De uno martyre non decollato.*

AS:638; 1519-C:16r; 1531-P:70v.<sup>43</sup>

6232. 9. Resp. VII.



**E**-á-tus vir \* qui ſuffert tenta-ti- ó- nem :


quó-ni-am cum pro-bá-tus fú-e- rit ac-cí-pi-et

co-ró-nam vi-te. †Quam repromí-sit De- us di-li-

6232a. gén-ti-bus ſe. ⁊ Hic accí-pi-et be-ne-dic-ti-ó-nem

a Dómi-no : et mi-se-ri-cór-di-am. †Quam.





∞. Gló- ri- a. 95. †Quam.

¶ *De uno martyre non decollato.*


¶ *De uno martyre decollato.*

AS:639; 1519-C:15v; 1531-P:70v.<sup>44</sup>

9. Resp.  
IV.



Erceptú-rus \* jam vir sanctus pro la-bó- re ré-




qui-em con- stans in confes- si- óne Chris- ti- á-ne




fí-de- i. †Subdit col- lum ve-lut ag- nus man- su- é-tus



glá- di- o. ∞. Córpo-re dis-




sólvi gau-dens et cum De- o ví- ve-re. †Subdit.



∞. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-rí- tu- i Sancto.

601781.

601781a.



†Subdit.



¶ *Et dicitur hoc predictum R̄. in festis ix. lectionum martyris decollati ad j. vespervas et ad matutinas sit ix. R̄. et in festis iij. lectionum martyris decollati quod dicitur in iij. nocturno tantum.*


Ÿ. Ora pro nobis beáte N. [530].


*Iste versus dicitur semper ante laudes in festo unius martyris ix. lectionum. Quando vero fuerint iij. lectiones tantum tunc dicitur Ÿ. Posuísti. [694]. vel Ÿ. Justus ut palma. [699].*

¶ *In laudibus.*



AS:639; 1519-C:16v; 1531-P:70v.

4479. 1. Ant. Ii.   
 Ui me conféssus fú-e-rit \* co-ram homí-ni-bus :

  
confi-tébor et e-go e-um co-ram Patre me-o.


  
Ps. Dóminus regnávít. (xcij.) [45].

AS:639; 1519-C:16v; 1531-P:70v.

4496. 2. Ant. III.iv.   
 Ui séqui-tur me \* non ámbu-lat in té-ne-bris :




sed ha- bé- bit lumen vi- te di- cit Dómi-nus.



*Ps.* Jubiláte Deo omnis terra. (*xcix.*) [46].


AS:639; 1519-C:16v; 1531-P:70v.<sup>45</sup>

3. Ant.  
I.ii.




4910.

I quis michi \* mi-nistrá-ve-rit hono-ri-fi-cá-bit




e-um Pa-ter me-us qui est in ce- lis di-cit Dómin-us.



*Ps.* Deus Deus meus. (*lxij.*) [47].

AS:640; 1519-C:16v; 1531-P:70v.

4. Ant.  
I.i.



4485.

Ui mi-chi mi-nístrat \*me sequá-tur : et u- bi sum




e-go il-lic e-rit et mi-níster me-us. *Ps.* Benedícite.

(*Daniel iij.*) [48].


AS:640; 1519-C:17r; 1531-P:70v.<sup>46</sup>

5491. 5. Ant.  
I.iv.



O-lo Pa-ter \* ut u-bi e-go sum : il-lic sit et mi-nís-  
ter me-us. *Ps.* Laudáte Dóminum. (*cxlvij.*) [49].

*Capitulum ut supra.* [680].

[ *Hic cantus dicatur in laudibus in festis ix. lectiones extra natalis et paschas super hunc hymnum.*]<sup>47</sup>


HS:111v; 1519-C:17r; 1531-P:70v.

8294. Hymn.  
II.




E-us tu-ó-rum mí-li-tum, \* Sors et co-ró-na pré-mi-  
um : Laudes ca-néntes márt-y-ris, absólve nex- u crími-  
nis. 2. Hic nempe mundi gáudi- a, Et blandiménta nóx-i-  
a : Ca-dú-ca ri-te dé-pu-tans, Pervé-nit ad ce-lésti- a.


In natali unius martyris extra tempus paschale.




3. Pe-nas cu-cúrrit fórti-ter, Et sústu-lit vi-rí-li-ter :




Pro te effúndens sán-gui-nem, E-térna do-na póssi-det.



4. Ob hoc pre-cá-tu súppli-ci, Te póscimus pi-íssi-me :




In hoc tri-úm-pho márt-y-ris, Dimítte nox-am crí-mi-nis.



5. Sit Chris-te Rex pi-íssi-me, Ti-bi Pa-trí-que gló-ri-a :



Cum Spí-ri-tu Pa-rá-cli-to, In sem-pi-tér-na sé-cu-la.



A-men.

[**C** *Ad ij. vespervas et in laudibus quando non fiant secunde vespervas per totum annum in festis ix. lectionum extra tempus nativitatis et paschale super hunc hymnum.*]<sup>48</sup>

HS:112r; 1519-C:17r; 1531-P:70v.

Hymn.

VIII.



E-us tu-ó-rum mí-li-tum, \* Sors et co-ró-na pré-mi-

um : Laudes ca-néntes márt-y-ris, Absólve nex-u crí-mi-nis.

2. Hic nempe mundi gáudi-a, Et blandiménta nóx-i-a :

Ca-dú-ca ri-te dé-pu-tans, Pervé-nit ad ce-lésti-a.

3. Pe-nas cu-cúr-rit fórti-ter, Et sústu-lit vi-rí-li-ter :


Pro te effúndens sán-gui-nem, E-térna do-na póssi-det.

4. Ob hoc pre-cá-tu súppli-ci, Te póscimus pi-íssi-me :


In natali unius martyris extra tempus paschale.




In hoc tri-úmpho mártý- ris, Dimítte nox-am crími-nis.




5. Sit Christe Rex pi- íssime, Ti-bi Pa-tríque gló-ri- a :



Cum Spí-ri-tu Pa-rá-cli-to, In sempi-térna sé-cu-la.



Amen.


[ *In tempore vero nativitatis Domini usque ad purificationem quando chorus regitur dicatur hic cantus ad laudes et ad secundas vespas.*]<sup>49</sup>

1519-C:17r; 1531-P:70v.

Hymn.  
III.




E-us tu-ó-rum mí- li- tum, \* Sors et co-ró-na prémi-




um : Laudes ca-néntes már-ty- ris, Absólve nex-u crí- mi-



nis. 2. Hic nempe mundi gáu-di- a, Et blandiménta nóx-i-



a : Ca-dú-ca ri-te dé- pu-tans, Pervé-nit ad ce-lés-ti-a.




3. Pe-nas cu-cúrrit fór-ti-ter, Et sústu-lit vi-rí-li-ter,



Pro te effúndens sán-gui-nem, E-térna do-na pós-si-det.




4. Ob hoc pre-cá-tu súppli-ci, Te póscimus pi-íssime :




In hoc tri-úm-pho már-ty-ris, Dimítte nox-am crí-mi-nis.



5. Gló-ri-a ti-bi Dó-mi-ne, Qui na-tus es de vír-gi-ne : Cum



Pa-tre et Sancto Spí-ri-tu, In sempi-térna sé-cu-la.



Amen.



[**C** In tempore vero paschali dicatur hic cantus in festis cum regimine chori ad laudes et ad ij. vesp̄as super hymnum.]<sup>50</sup>

HS:113r; 1519-C:17r; 1531-P:70v.<sup>51</sup>


Hymn.  
III.



E-us tu-ó-rum mí-li-tum,\* Sorsetco-ró- naprémi-  
um : Laudes ca-nén-tes márt-y-ris, Absólve nex- u crí-  
mi-nis. 2. Hic nempe mundi gáudi- a, Et blandimén-ta nóx-  
i- a : Ca-dú-ca ri- te dé-pu-tans, Per-vé-nit ad ce-lésti-  
a. 3. Pe-nas cu-cúrrit fórti-ter, Et sústu-lit vi-rí-li-ter :  
Pro te effún-dens sán-gui-nem, E-térna do-na póssi-det.  
4. Ob hoc pre-cá-tu súppli-ci, Te póscimus pi- íssime :



In hoc tri- úmpho mártý-ris, Di-mítte nox- am crími-nis.




5. Qué-su-mus auctor ómni- um, In hoc paschá- li gáudi- o :




Ab omni mor- tis ímpe-tu, Tu- um de-fén-de pópu-lum.



6. Gló-ri- a ti-bi, Dómi-ne, Qui surrex-ís- ti a mórtu- is :



Cum Patre et Sanc-to Spí-ri-tu In sempi-tér-na sé-cu- la.



Amen.

[C] *Infra octavas ascensionis Domini et ab hinc usque ad penthecosten dicatur hic cantus in festis cum regimine chori ad laudes et ad ij. vespas.*

Hymn.  
VIII.




E-us tu- ó-rum mí- li-tum, \* Sors et co-ró-na



pré-mi-um : Laudes ca-néntes már-ty-ris, Absól-ve nex-  
u crí-mi-nis. 2. Hic nem-pe mundi gáudi-a, Et blan-  
dimenta nóx-i-a : Ca-dú-ca ri-te dé-pu-tans, Pervé-  
nit ad ce-lés-ti-a. 3. Pe-nas cu-cúr-rit fór-ti-ter,  
Et sú-tu-lit vi-rí-li-ter : Pro te effúndens sán-gui-nem,  
E-térna do-na pós-si-det. 4. Ob hoc pre-cá-tu súppli-ci,  
Te pós-cimus pi-ís-sime : In hoc tri-úm-pho már-ty-ris,  
Dimít-te nox-am crí-mi-nis. 5. Tu es-to nostrum gáudi-um,



Qui es fu-tú-rus pré-mi-um : Sit nostra in te gló-ri-a,  
Per cuncta semper sé-cu-la. 6. Gló-ri- a ti-bi Dó-mi-  
ne, Qui scan-dis su-per sí-de-ra : Cum Patre et Sancto  
Spí- ri-tu, In sempi-térna sé-cu-la. Amen. ]<sup>52</sup>

[  In festis iij. lectiones sine regimine chori per totum annum dicatur hic cantus ad laudes.]<sup>53</sup>

HS:114r; 1519-C:17v; 1531-P:70v.<sup>54</sup>


Hymn.  
VIII.




E-us tu- ó-rum mí-li-tum, \* Sors et co-ró-na pré-mi-  
um : Laudes ca-néntes márt-y-ris, Absól-ve nex-u crí-mi-nis.

2. Hic nempe mundi gáudi- a, Et blandiménta nóx-i- a :


In natali unius martyris extra tempus paschale.



Ca-dú-ca ri-te dé-pu-tans, Pervé-nit ad ce-lésti-a.




3. Pe-nas cu-cúr-rit fórti-ter, Et sú-s-tu-lit vi-rí-li-ter :




Pro te ef-fúndens sán-gui-nem, E-térna do-na póssi-det.



4. Ob hoc pre-cá-tu súppli-ci, Te pós-cimus pi-íssime :




In hoc tri-úm-pho márt-y-ris, Dimít-te nox-am crí-mi-nis.



5. Sit Christe Rex pi-íssime, Ti-bi Pa-trí-que gló-ri-a :



Cum Spí-ri-tu Pa-rá-cli-to, In sempi-térna sé-cu-la.



Amen.


In natali unius martyris extra tempus paschale.

---

*Extra tempus natalis et pasche.*




5. Sit Christe Rex pi-íssime, Ti-bi Pa-tríque gló-ri-a :



Cum Spí-ri-tu Pa-rá-cli-to, In sempi-térna sé-cu-la.

*A nativitate usque ad purificationem.*



5̣. Gló-ri-a ti-bi, Dómi-ne, Qui na-tus es de Vírgi-ne :




Cum Patre et Sancto Spí-ri-tu, In sempi-térna sé-cu-la.

*A pascha usque ad ascensionem Domini.*



5. Qué-sumus auctor ómni-um, In hoc paschá-li gáudi-o :




Ab omni mortis ímpe-tu, Tu-um de-fénde pópu-lum.




6. Gló-ri-a ti-bi Dómi-ne, Qui sur-rex-ís-ti a mórtu-is :

In natali unius martyris extra tempus paschale.




Cum Patre et Sancto Spí-ri-tu, In sempi-térna sé-cu-la.


*Ab ascensione usque ad penthecosten.*



5. Tu esto nostrum gáudi-um, Qui es fu-tú-rus pré-mi-um :




Sit nostra in te gló-ri-a, Per cuncta semper sé-cu-la.



6. Gló-ri-a ti-bi Dómi-ne, Qui scandis supra sí-de-ra :



Cum Patre et Sancto Spí-ri-tu, In sempi-térna sé-cu-la.



Amen.

℣. Justus germinábit [sicut lílium.

℟. Et florébit in etérnum ante Dóminum].<sup>55</sup>

AS:640; 1519-C:17v; 1531-P:70v.<sup>56</sup>

3883.

Ant.  
V.ii.



I-si \*gra-num fru-ménti ca-dens in terra mórtu-um



fú-e-rit : ipsum so-lum ma-net. *Ps.* Benedíctus. 61\*.

[*Item*]<sup>57</sup> alia antiphona.

AS:640; 1519-C:17v; 1531-P:70v.<sup>58</sup>

4506.


Ant.  
I.i.



Ui vult ve-ní-re \* post me di-cit Dómi-nus



ábne-get seme-típsum et tol-lat cru-cem su- am et



sequá-tur me. *Ps.* Benedíctus. 52\*.

*Oratio ut supra.* [688].

*He predicte due antiphone dicuntur alternis vicibus per ebdomadam in festis unius martyris tam trium quam ix. lectionum super [psalmum]<sup>59</sup> Benedíctus. vel ad memoriam ejusdem sancti [tantum].<sup>60</sup> Ita tamen quod semper in primis dicitur antiphona Nisi granum. [724].*



¶ *Ad j.*

*Ant.* Qui me confessus. [710].

*Ps.* Deus in nómine. (*liij.*) [95].

¶ *Ad iij.*


*Ant.* Qui séquitur. [710].

*Ps.* Legem pone. (*cxviij.* 33.) [132].

*Capitulum ut supra.* [680].


AS:640; 1519-C:17v; 1531-P:70v.

Resp.  
VI.




6774.

LÓ-ri- a et honó-re. †Co-ro-nasti e-um Dómi-ne.



6774a.

Ÿ. Et consti-tu-ís-ti e-um su-per ópe-ra má-nu-um tu-



á-rum. †Co-ro-nasti. Ÿ. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et



Spi-rí-tu- i Sancto. Gló-ri- a et.

Ÿ. Posuísti Dómine. [694].

¶ *Ad vj.*


*Ant.* Si quis michi. [711].

*Ps.* Defécit. (*cxviij.* 81.) [141].


*Capitulum. [cf.] Ecclesiastici xlv.*


**I**ste cognóvit justíciam et vidit | Altíssimum : et invéntus est in  
mirábília magna, et exorávit | número sanctórum.

AS:640; 1519-C:18r; 1531-P:70v.

7412. Resp. VI.   
**D** O-su- ís-ti Dómi-ne. †Su-per ca-put e-jus.

7412a.   
℣. Co-ró-nam de lá-pi-de pre-ci-ó-so. †Su-per.

  
℣. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-rí-tu- i Sancto.

  
Po-su- ís-ti.

℣. Justus ut palma. [699].

¶ *Ad ix.*

*Ant.* Volo Pater. [712].

*Ps.* Mirábília. (cxviiij. 129.) [150].

*Capitulum. [cf.] Ecclesiastici xlv.*

**S**Tola jocunditátis índuit eum | túdinis pósuit super caput ejus.  
Dóminus : et corónam pulchri-

In natali unius martyris extra tempus paschale.

AS:640; 1519-C:18r; 1531-P:70v.

Resp.  
VI.




7061.

Ustus ut palma flo-ré-bit. †In domo Dómi-ni.




7061a.

∞. Si-cut cedrus Lí-ba-ni mul-tipli-cá-bi-tur. †In domo.



∞. Gló-ri-a Pa-tri et Fí-li-o : et Spi-rí-tu-i Sancto.



Justus.

∞. Justus germinábit sicut lílium. [723].

¶ *Ad ij. vesperas.*

*Ant.* Qui me conféssus. [710].

*Psalmi feriales.*

*Capitulum* [et oratio]<sup>61</sup> ut supra. [680].

*Hymnus.* Deus tuórum. [712].

∞. Justus germinábit. [723].


AS:641; 1519-C:18r; 1531-P:70v.

Ant.  
VIII.i.




3069.

Ic vir \* despí-ci-ens mundum et terré-na tri-



úmphans di-ví-ti-as ce-lo cóndi-dit o-re ma-nu.




*Ps. Magnificat. 69\*.*


[*Item*]<sup>62</sup> *alia antiphona.*

AS:641; 1519-C:18v; 1531-P:70v.

3418. Ant.  
IV.i.



S-te cognó-vit \* jus-tí-ci-am et vi-dit mi-ra-bí-  
li-a magna et ex-o-rá-vit al-tí-ssimum et in véntus est  
in núme-ro sanctó-rum. *Ps. Magnificat. 60\*.*



¶ *He predictae due antiphonae dicuntur alternis vicibus per hebdomadam in festis ix. lectionum unius martyris super psalmum Magnificat. ad ij. vespere vel ad memoriam ejusdem sancti [tantum].*<sup>63</sup>

¶ *Item alia capitula unius martyris et dicuntur cum capitulis suprascriptis alternis vicibus per ebdomadam ad vespere et ad matutinas et ad tertiam : et ad secundas vespere.* [71r.]

*Capitulum. Ecclesiastici xiv. (22.)*

**B**Eátus vir qui in sapiéntia mó- tábitur : et in sensu cogitábit circum-  
rábitur, et qui in justícia medi- spectiónem Dei.

¶ *Ad vj. Capitulum. Ecclesiastici xv. (3.)*

**E**ibávit illum pane vite et intel-  
léctus : et aqua sapiéntie salu-

táris potábit illum.

¶ *Ad ix. Capitulum. Ecclesiastici xv. (3.)*

**E**T firmábitur in illo et non  
flectétur, et continébit illum et  
non confundétur : et exaltábit illum

apud próximos suos : et nómine  
eténo hereditábit illum Dóminus  
Deus noster.

*Cetera omnia ut supra dictum est.*

¶ *In natali unius martyris et pontificis tota cantetur hystoria unius martyris non pontificis ut supra [679]. cum capitulis subscriptis : et cum oratione subnotata : ad utrasque vespervas et ad matutinas et ad iij.*

*Capitulum. Hebr. v. (1.)*

**M**nis pónitex ex homínibus  
assúptus, pro homínibus con-

stitúitur in his que sunt ad Deum : ut  
ófferat dona et sacrificia pro peccátis.

*Oratio.*

**D**eus qui sanctam nobis hujus  
diéi letíciam, pro commemo-  
ratione beati *N.* mártiris tui atque  
pontíficis fecísti<sup>64</sup> : adésto famílie tue

précibus et da, ut cujus hódie festa  
celebrámus, ejus méritis et inter-  
cessiónibus adjuvémur. [Per Dómi-  
num nostrum.]<sup>65</sup>

*Lectio j. Gregorii in Evangelia, Homilia xvij.*<sup>66</sup>

**E**bémus pensáre fratres  
caríssimi contínué, quod  
sanctis apóstolis dicitur, et  
per apóstolos nobis, Vos estis sal  
terre. Si ergo sal sumus : condíre  
mentes fidélium debémus. Vos  
ígitur<sup>67</sup> qui pastóres estis : pensáte,  
quia Dei animália páscitis. De quibus  
profécto animálibus, Deo per  
Psalmístam dicitur, Animália tua

habitábunt in ea. Et sepe vidémus,  
quod petra salis brutis animálibus  
pónitur : ut eándem salis petram  
lámbere débeant et meliorári. Quasi  
ergo inter bruta animália, petra salis  
debet esse sacérdos in pópulis. Curáre  
sacerdóti necesse est que singulis  
dicat, unumquémque quáliter ad-  
móneat, ut quisquis sacerdoti júngitur :  
quasi ex salis tactu, etérne vite sapóre

condiátur.

*Lectio ij.*

**S** Al étenim terre non sumus : si corda audiéntium non cón-  
dimus. Quod profécto condiméntum ille veráciter próximo impéndit : qui predicationis verba non súbtrahit. Quid autem ánimas hóminum, nisi cibum Dei díxerim : que ad hoc sunt cónдите, ut in ejus corpus trajiciántur, id est ut in etérne ecclésie aug-  
méntum tendant ? Si igitur cibus Dei est pópulus : condiméntum cibi sacerdótes esse debuérunt. Sed quia dum nos ab orationis et eruditionis sancte usu cessámus : sal infatuátum

est, et condire non valet cibum Dei. Atque idcirco ab Auctóre non súmitur, quia exigente fatuitate nostra, mínime cónditur. Pensémus ergo qui unquam per linguam nostram convérsi, qui de perverso suo ópere nostra increpatione corrépti peniténtiam égerint. Quis luxúriam ex nostra eruditione desérui : quis avariciam, quis supérbiam declinávit. Pensémus quod lucrum Deo fácimus nos : qui accépto talénto ab eo, ad negócium missi sumus. Etenim ait, Negociámini dum vénio.

*Lectio iij.*

**E**cce jam venit : ecce de nostra negócio lucrum querit. Quale ei animárum lucrum de nostra negociatione monstrábimus ? Quot ejus conspéctui animárum manípulos, de predicationis nostre ségete illatúri sumus ? Ponámus ante óculos nostros illum tante districtiónis diem : quo Judex véniet et ratióem cum servis quibus talénta crédidit ponet. Ecce in majestáte terríbili : inter angelórum choros vidébitur. In illo tanto exámine, electórum ómnium et

reprobórum multitúdo deducétur : et unusquisque quid sit operátus osténdet. Ibi Petrus cum Judéa convérsa quam post se traxit apparébit : ibi Paulus, convérsus (ut ita díxerim) mundum ducens. Ibi Andréas post se Acháiam : Johánnes Asiam, Thomas Indiam, in conspéctu sui Regis convérsam ducet. Ibi omnes Domíni gregis aríetes cum animárum lucris apparébunt : qui sanctis suis predicationibus Deo post se súbditum gregem trahunt.

*Lectio iiij.*

**C**Um igitur tot pastores cum gregibus suis ante eterni pastoris oculos venerint : quid nos miseri dicturi sumus, qui ad Dominum nostrum post negocium vacui redimus, qui et pastorum nomen habuimus : et oves quas enutrimiento nostro debeamus ostendere non habemus ? Hic pastores vocati sumus : et ibi greges non ducimus. Sed nunquid si nos negligimus, omnipotens Deus deserit oves suas ? Nullo modo. Nam ipse eas sicut per

prophetam pollicitus est, per semetipsum pascit, omnesque quos preordinavit ad vitam : flagellorum stimulis et compunctionis spiritu erudit. Per nos quidem fideles ad sanctum baptismum veniunt, nostris precibus benedicuntur : et per impositionem manuum nostrarum a Deo Spiritum Sanctum percipiunt, atque ad regnum celeste pertingunt : et ecce nos per negligentiam nostram deorsum tendimus.

*Lectio quinta.*

**I**ngrediuntur electi sacerdotum manibus expiati celestem patriam : et sacerdotes ipsi per vitam reprobam, ad inferni supplicia festinant. Cui ergo rei : cui similes dixerim sacerdotes malos : nisi aque baptismatis, que peccata baptizatorum diluens illos ad regnum celeste mittit, et ipsa in cloacam descendit ? Timeamus hec fratres charissimi. Conveniat actionem nostram ipsum ministerium nostrum. De peccatorum nostrorum quotidie relaxatione cogitemus, ne

nostra vita peccato obligata remaneat : per quam omnipotens Deus quotidie alios solvit. Consideremus sine cessatione quid sumus : pensemus negocium nostrum, pensemus pondus quod suscepimus. Faciamus nobiscum quotidie rationes : quas cum nostro iudice habeamus. Et sic debemus agere curam nostri : ut non negligamus curam proximi. Ut quisquis ad nos jungitur : ex lingue nostre sale condiatur.

*Lectio vj.*

**C**um vacantem quempiam et lubricum videmus, admonendus est ut conjugio frenare iniquitatem

suam studeat : quatenus per hoc quod licet, discat superare quod non licet. Cum conjugatum videmus, admo-

néndus est : ut sic exérceat curam  
séculi : ne postpónat amórem Dei.  
Sic pláceat voluntáti cónjugis : ut non  
displíceat Condítóri. Cum cléricum  
vidémus, admonéndus est ut sic vivat :  
quátenus exéplum vite secularibus  
prébeat. Ne si quid in illo juste  
reprehénditur : ex ejus vício ipsa  
religiónis nostre estimátio gravétur.  
Cum monáchum vidémus, admo-  
néndus est ut reveréntiam hábitus sui  
in actu, in locutióne : in cogitatióne  
sua semper circumspíciat : et ea que

mundi sunt, perfécte déserat : et quod  
osténdit humánis óculis hábitu : hoc  
ante Dei óculos móribus preténdat.  
Iste ítaque jam sanctus est :  
admoneátur ut crescat. Ille vero  
adhuc iníquus est, admoneátur ut  
córrigat. Quátenus quisquis se ad  
sacerdótem júnxerit, sale sermónis  
illíus cónditus recédant. Hec fratres  
karíssimi vobíscum solícite cogítate :  
hec próximis vestris impéndite,  
omnipoténti Deo fructum vos réddere  
de negócio quod accepistis speráte.

[*Evangelium secundum Matheum. Nichil opértum. (x. 26.) 734. Omelia venerabilis Bede presbyteri. De futúro témpore.*] <sup>68</sup>

¶ *Hoc sequens Evangelium legatur ad matutinas in festo cujuslibet exulati martyris et pontificis sive confessoris ix. lectionum.*

*Evangelium. Secundum Lucam xix. (12.) [Lectio vij.]*

**I**N illo témpore : Dixit Jesus  
discípulis suis parábolam hanc.  
Homo quidam nóbilis ábiit in  
regiónem longínquam : accíperet sibi  
regnum et revérti. Et réliqua.

*Sermo* <sup>69</sup> *ex commentario  
venerabilis Bede presbyteri.*

(Super Lucam Lib. v. cap. 78.) <sup>70</sup>

**H**omo nóbilis ille est : cui cecus  
supra clamábat, Fili David :  
miserére mei. Et cui veniénti Hiero-  
sólymam : concinébant, Osánna Fílio  
David : benedíctus qui venit in nó-  
mine Dómini. Longínqua régio : est

ecclesiá ex géntibus, de qua eídem  
nóbili hómini qui lóquitur, Ego au-  
tem constitútus sum rex ab eo : díci-  
tur a Patre, Póstula a me : et dabo tibi  
gentes hereditátem tuam et pos-  
sessiónem tuam términos terre. Que  
videlícet heréditas et posséssio :  
biphária ratióne, régio longínqua  
vocátur. Vel quia a finibus terre  
clamat ad Dóminum : vel quia longe  
est a peccatóribus salus. Et cum Deus  
ubíque sit presens : longe tamen ab  
eórum sensu, qui ydóla colunt, verus  
Deus abest. Sed qui erant longe facti



sunt prope in ságuine Christi.  
Vocátis autem decem servis suis :  
dedit illis decem mnas. Denárius

númerus ad legem pértinet : propter  
decalógum.

*Lectio viij.*

**V**Ocávit autem paterfámilias de-  
cem servos suos : quia elégit  
discípulos suos per lítteram legis  
imbútos. Dat illis decem mnas : quia  
legis dicta spirituáliter intelligénda  
révelat. Post passiónem quippe et  
resurrectiónem suam apéruit illis  
sensus, ut intelligérent scriptúras.  
Mina namque, quam Greci mnam  
vocant, centum dragmis appénditur.

[72r.] Et omnis sacre scriptúre sermo, quia  
vite celéstis perfectiónem súggerit :  
quasi númeri centenárii póndere  
fulgésцит. Et ait illis, Negociámini  
dum vénio. Verba inquit legis et  
prophetárum mýstica interpretatióne  
discússa pópulis afférte : atque ab eis  
fidei confessiónem morúmque pro-

bitátem recípите. Cives autem ejus  
óderant illum : et misérunt lega-  
tiónem post illum dicéntes, Nólumus  
hunc regnáre super nos. Cives autem  
ímpios Judéos dicit : de quibus álibi  
protestátur, Nunc autem et vidérunt  
et odérunt : et me et Patrem meum.  
Qui non solum preséntem usque ad  
mortem crucis odérunt : sed étiam  
post resurrectiónem ejus immisérunt  
persecutióne apóstolis, et predi-  
caciónem regni celéstis sprevérunt. Et  
factum est dum redíret accépto regno.  
Signíficat tempus quando in majestáte  
manifestíssima et eminentíssima clari-  
táte ventúrus est : qui eis húmilis ap-  
páruit, cum diceret, Regnum meum :  
non est de hoc mundo.

*Lectio ix.*

**E**T jussit vocári servos quibus  
dedit pecúniam : ut sciret quan-  
tum quisque negociátus esset. Ut  
sciret inquit. Non quod eum quid  
láteat : cui veríssime dictum est,  
Dómine tu scis ómnia : sed, sciret  
dicit, id est scire omnes fáceret.  
Tunc enim ómnium ópera et  
cogitatiónes : palam ómnibus osten-

déntur. Venit autem primus dicens,  
Dómine mna tua decem mnas  
acquisívit. Primus servus : ordo doc-  
tórum est in circuncisióne missó-  
rum. Qui unam mnam negociatúrus  
accépit, quia unum Dóminum : unam  
fidem, unum baptísma : unum Deum  
predicáre missus est. Sed hec éadem  
mna, decem mnas acquisívit : quia

pópulum sub lege constitútum síbimet docéndo sociávit. Et ait illi, Euge serve bone : quia in módico fuísti fidélis : eris potestátem hábeas supra decem civitátes. In módico servus est fidélis, qui non adúlterat verbum Dei : sed sicut ex Deo coram Deo, in Christo lóquitur. Quicquid enim in presénti percípimus donórum : in comparatióne futurórum perpáu-

cum est et módicum : quia ex parte cognóscimus, et ex parte prophetámus. Cum autem vénerit quod perféctum est : evacuábitur quod ex parte est. Civitátes autem decem sunt ánime ad legis verbum, et grátiam evangélii veniéntes : quibus tunc jure glorificándus ille proponétur, qui eis pecúniam verbi digne Deo commendáverit.

### ¶ *Ad iij.*

*Capitulum.* Omnis pón.tifex. *ut supra.* [729].

### ¶ *Ad vj.*

*Capitulum.* *Hebr. v. (4.)*

**D**emo sumit sibi honórem, sed qui vocátur a Deo tanquam Aaron : sicut<sup>71</sup> scriptum est : Tu es

sacérdos in etéruum secúndum órđinem Melchisedech.

### ¶ *Ad ix.*

*Capitulum.* *Ecclesiastici xxiv. (2.)*

**I**N ecclésiis Altíssimi apériet os suum, et in conspéctu virtútis illíus gloriábitur, et in médio pópuli

exaltábitur : et in plenitúđine sancta admirábitur.

### ¶ *In festo unius martyris pontificis non exulati.*

*Secundum Mattheum x. (26).* [*Lectio vij.*]

**I**N illo tēpore, Dixit Jesus discíplis suis, Nichil opértum quod non revelétur : et nichil occúltum quod non sciátur.<sup>72</sup> Et réliqua.

*Omelia Rabani presbyteri.*

**T**<sup>73</sup> quómođo in presénti século : multórum vítia nesciúntur. Sed de futúro tēpore scríbitur : quando judicábit Deus abscondita

hóminum : et illuminábit látebras tenebrárum : et manífesta fáciat consília córdium. Et est sensus, Nolíte timére persecutórum seviciam et blasphemántium rábiem : quia véniet dies iudícii, in quo et virtus vestra et eórum nequítia demonstrábitur. Quod dico vobis in ténébris dícite in lúmine : et quod aure áuditis : predicáte super tecta quod áuditis in mystério apértius predicáte : quod didicístis absconse públice loquímuni : quod vos erudívi in párvulo Judée loco : in univérsis úrbibus et in toto mundo audácter dícite. Nolíte timére eos qui occídunt corpus : ánimam autem non possunt occídere. Si qui corpus occídunt : ánimam non possunt occídere. Ergo ánima invisíbilis et incorporális est : secúndum crassiórem dico córporis nostri substántiam. Vel eo certe témpore puniétur et supplícia séntiet :

quando prístinum corpus recéperit : ut cum quo peccávit, cum ipso et puniátur. Eum timéte qui potest et corpus et ánimam pérdere in gehénnam ignis. Nomen gehénne in vetéribus libris non invenítur : sed primum a Salvatóre pónitur. Querámus ergo que sit sermónis hujus occasio. Idólum Baal fuisse juxta Hierúsalem ad radices montis Líbani : in quibus Silóa fluit : non semel légimus. Hec vallis et parva campi [72v.] planícies irrígua erat et nemorósa plenáque delíciis : et lucus in ea idólo consecrátus. In tantam autem pópulus Israel deméntiam vénerat : ut desérta templi vicinia : ibi hóstias immoláret et rigórem religiónis delície vícerent : filiósque suos incénderent demóniis vel initiárent. Et appellabátur locus ille Gehénon, id est vallis filiórum Ennon.

*Lectio ij.*<sup>74</sup>

**H**oc Regum volúmen et Paralipómenon et Hieremías scribunt pleníssime. Et comminátur Deus se locum illum impletúrum cadavéribus mortuórum : ut nequáquam vocétur Tophet et Baal : sed vocétur Poliándrium id est túmulus mortuórum. Futúra ergo supplícia et pene perpétue quibus peccatóres trucidánda

sunt : hujus loci vocábulo denotántur. Dúplicem autem esse gehénnam : ními ignis et frígoris, in Job pleníssime légimus. Nonne duo pásseres asse véneunt ? Et unus ex illis non cadet super terram : sine Patre vestro. Vestri autem et capílli cápitis : omnes numeráti sunt. Nolíte ergo timére : multis passéribus pluris estis vos.

Heret sibi sermo Domínicus : et sequéntia pendent ex superioribus. Prudens lector : cave semper supersticiósam intelligéntiam : ut non tuo sénsui attémperes scriptúras : sed scriptúris jungas sensum tuum : et intélligas quid sequátur. Supra díxerat : Nolíte timére eos qui corpus occídunt, ánimam autem non possunt occídere : nunc lóquitur conse-

quénter, Nonne duo pásseres asse véneunt : et unus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro. Et est sensus, Si parva animália et vília absque Deo auctóre non decídunt : et in ómnibus est providéntia : et que in his peritúra sunt, sine Dei voluntáte non péreunt : vos qui etérni estis non debétis timére quod absque Dei vivátis providéntia.

*Lectio iij.*<sup>75</sup>

**I**ste sensus et supra dictus est. Respícite volatília celi : quóniam non serunt neque cóngregant in hórrea : et Pater vester celéstis pascit illa. Nonne vos pluris estis illis ? Ac deinceps : Consideráte lília agri quómodo crescunt : et cétera. Si autem fenum agri quod hódie est : et eras in clíbanum míttitur Deus sic vestit : quanto magis vos mínime fidei. Quidam coácte duos pásseres ánimam interpretántur et corpus : quinque quoque pásseres secúndum Lucam qui duóbus ássibus véneunt, ad sensus réferunt. Sed quómodo illa intelligéntia toti evangélici sermónis córpori coaptétur : non parve est difficultátis. Vestri autem et capílli cápitis, omnes numeráti sunt. Nolíte ergo timére : multis passéribus meliôres estis vos. Manifestius nostre expositiónis superior sensus expréssus est : quod

timére non débeant eos qui possunt corpus occídere, et ánimam non possunt. Quia si sine Dei sapiéntia, parva quoque animália non decídunt : quanto magis homo qui apostólica fultus est dignitáte ? Quod autem ait : Vestri et capílli cápitis numeráti sunt : imménsam Dei erga hómines osténdit providéntiam, et ineffábilem signat afféctum : quod nichil nostrórum Deum láteat : étiam parva et otíosa dicta, ejus sciéntiam [non]<sup>76</sup> fúgiant. Derídent intelligéntiam ecclesiásticam in hoc loco, qui carnis resurrectionem negant : quasi nos et capillos qui numeráti sunt et a tonsóre decísi : omnes dicámus resúrgere : cum Salvátor non díxerit, vestri autem et capílli omnes salvándi sunt, sed numeráti sunt. Ubi númerus est : sciéntia númeri demonstrátur, non ejúsdem númeri conservátio.<sup>77</sup> Tu

In natali unius martyris extra tempus paschale.


---


autem.

|

## In natali vniuersi martiris, Jo. xij,

**A**ntiphona.  **S**te sanctus pro lege dei sui certa uit vsq; ad mortem:

 et a verbis impi o rum non timuit: fundatus enim erat supra

 **pi** fertal. **N**ee predictae antie alternis vicibus per ebdomam super pos dicantur in festo vniuersi martiris. ix. lect. Ita firmam petram. S. amen. **t**amen q; qm an **S**eatus vtr. d; super psalmos: tunc dicitur istud epim **I**ste sanctus. Ad vtrasq; vespervas et ad matutinas: et ad tertiam capitulum.

**I**ste sanctus pro lege dei sui certavit vsq; ad mortem: & a verbis impioꝝ nō timuit: fundatus enim erat supra firmā petrā. Epim


**B**eatus vir qui suffert tēptationē: qm cū pbatus fuerit accipiet coronā vite quā repromisit deus diligentibus se. Sicut qm d; an

**I**ste sc̄t̄s sup pos: tūc d; hoc epim sequēs ad vtrasq; vespervas et ad


**B**eatus vir q; in sapiētia morabitur: et q; in iustitia meditabitur: et in sensu cogitabit circūsp̄ctionē dei

De vno martyre decollato xij. **P**ercepturus. De vno martyre non decollato ix. **S**eatus vir qui suffert. **H**ic cantus sequēs dicatur ad primas vespervas in festis. ix. lect. extra natiuit. et pasch. super hunc hymnū.

**A**ntiphona.  **A**rtis dei qui vnicū patris sequēdo fili um: victis trium-

 **I**n tēpore vero nat. vsq; ad pasch. d; hic cāt' ad. j. vel. & ad mat. **I**n alio tpe ani i festis phās hostib' / victoꝝ fruens ce lestibus. ix. lect. ad mat. tñ hoc modo

**H**ymn'  **A**rtis de i qui vni cū patris sequēdo fili um: victis

 **I**n tpe pasch. d; hic cātus in festis cū regimie cho. ad. j. vel. triūphans hostib' / victoꝝ fruens ce lestibus. et ad matul. tantū.

**B. iiii.**

Notes, pages [679]-[738].

- <sup>1</sup> Edwaldi *Chev.* [SB-P:371]
- <sup>2</sup> In 1519-C. and in AS. Ant. 'Beátus vir.' appears before Ant. 'Iste sanctus.'
- <sup>3</sup> 1519-C:12r. has no flat.
- <sup>4</sup> In AS:634. no neume appears on the first syllable of 'accípiet'.
- <sup>5</sup> 1531-P:68v. indicates '*Matthei 7.*'
- <sup>6</sup> '*Tunc dicitur hoc capitulum sequens ad utrasque vespervas et ad matutinas et ad tertiam.*' 1519-C:12r.
- <sup>7</sup> 1519-C:12r.
- <sup>8</sup> 1519-C:12r.
- <sup>9</sup> 1519-C:12r.
- <sup>10</sup> Although HS:110r. omits the stanza 'Quésumus Auctor ómnium' and continues directly with the stanza 'Glória tibi Dómine', the rubric at Compline of the Sunday after Easter clearly indicates that all hymns of the same metre in Eastertide shall end with these two stanzas.
- <sup>11</sup> 1519-C:12v.
- <sup>12</sup> The sources do not specifically indicate the seasonal doxologies.
- <sup>13</sup> 1519-C:12v.
- <sup>14</sup> In BL-52359:471r. 'plantátus' is set F.FED.DC.
- <sup>15</sup> In BL-52359:471v. 'ejus die ec ac' is set FE.C EG.E FE.
- <sup>16</sup> In 1519-C:13r. this antiphon appears an octave higher. In BL-52359:471v. this antiphon appears a fifth higher; this affects 'mea', which would then be set (transposed) GAB<sub>b</sub>G.G. BL-52359:471v. and 1519-C:13r. have 'sancto ejus'.
- <sup>17</sup> 1519-C:13v. has no flat at 'impiórum'. In BL-52359:471v. 'Dei sui' is set B<sub>b</sub>.B<sub>b</sub>A ADCDE.D; 'impiórum' is set F.F.EFD.CB<sub>b</sub>; 'enim' is set ACDC.BC.
- <sup>18</sup> [suscípimus *Chev.*] SB-P:374.
- <sup>19</sup> 1519-C:13v. has no flat at 'Dómini'. In BL-52359:471v. 'lílium' is set CBA.AGABAB.BA.
- <sup>20</sup> 1519-C:14r. has no flat at 'número'. In BL-52359:472r. 'justíciam' is set A.ABCB.AG.GACBABC GGEFE; the first 'est' is set AGACGFFDED; 'sanctórum' is set F.EGFF.FE. BL-52359:472r. has no flats.
- <sup>21</sup> 1531-P:69r. has 'Fili hóminum'. In BL-52359:472r. 'scitóte' is set F.FA.AGAB<sub>b</sub>AGG; 'suum' is set FE.D.
- <sup>22</sup> In BL-52359:472r. 'tue' is set E.D; 'Dómine' is set C.E.D.
- <sup>23</sup> This  $\mathcal{R}$  appears nowhere in 1531 in its full form. But see SB-S:(cx), and the Ant. [692]. below.
- <sup>24</sup> 1519-C:14r.
- <sup>25</sup> This  $\mathcal{R}$  is labelled '*Responsorium primum.*' in 1519-C:14r. In BL-52359:472r. 'ánime' is set GA.G.FDF; 'tribuísti ei' is set D.G.AGAB<sub>b</sub>.A G.FDF; no flat appears at 'voluntáte' or at 'posuísti'; 'fraudásti' is set F.EDCFG.GFGAB<sub>b</sub>]GAG; the repeat is erroneously marked as 'Quo.'.
- <sup>26</sup> 1531-P:69r. has 'a te et tribuísti'. In BL-52359:472v. 'dulcédinis' is set GACBABCBA.G.GABAGA.AG; 'cápite' is set CDB.CD.D. BL-52359:472v. has the following:



co-ró-nam de lá-pi-de pre-ci-ó-so.

<sup>27</sup> AS:637. does not indicate 'Ÿ. Glória. †Omnia.'. In BL-52359:472v. 'coronásti' is set D.D.DFFEDE.D; 'et constituísti' is set DEFED D.D.DG.G.GFEDF; 'mánuum' is set DEFE.DC.C; 'tuárum' is set D.EFEDEFEF.ED; 'ómnia' is set DEFE.CB.CDCBC; 'pédibus' is set GACDFED.D.DBCDCBABCBA. In 1519-C:14v. 'tuárum' is set D.EFDEFEF.ED.

<sup>28</sup> The unusual transposition of mode VII. accommodates the raised seventh above the finalis. In 1519-C:15r. this antiphon appears a fifth higher. In BL-52359:472v. this antiphon appears a whole-tone higher, giving a pure mode VII (lowered seventh above the finalis). In AS:637. the psalm-tone appears as C D D C D C D C B<sub>♭</sub> AB<sub>♭</sub>. In 1519-C:15r. the psalm-tone appears as E A G G G A G F EF. These variants may be the result of confusion on account of the transposition of the chant. A 'normal' psalm-tone appears in the untransposed BL-52359:473r.: D D E D C BC.

<sup>29</sup> In BL-52359:473f. 'tuo' is set G.E.

<sup>30</sup> 1519-C:15r.

<sup>31</sup> *Op.* III. 2189, ed. Paris, 1838. SB-P:378.

<sup>32</sup> In BL-52359:473r. 'honóris' is set A.AGABCBAB.BA; 'fortitúdinis' is set AGGF.FG.ABGAGF.EGFF.FE.

<sup>33</sup> 1519-C:15v. has no flat at 'pósuit'. In BL-52359:473r. 'corónam pulchritúdinis pósuit' is set D.DECBCDCDE.D C.A.C.A.C ACGA.GFGAGA.AG.

<sup>34</sup> *Op.* I. 1626, ed. Benedict. SB-P:380.

<sup>35</sup> As indicated in the errata of SB-P., this gospel reading is more accurately identified as Matthew xvj. : 24-28. In Luke the passage ends with 'tollat crucem suam quotidie, et sequátur me.'

<sup>36</sup> *Legend* 1518-P:3r.

<sup>37</sup> 1519-C:16v. Excerpt from S. Gregory, Pope, *Homilie in Evangelia 2, Homelia XXXV. Habita ad populum in basilica sancti Mennæ martyris, die natalis ejus.* 'Quia longius ab urbe digressi sumus'.

<sup>38</sup> 'excéssum', *PL*-LXXVI: 1265.

<sup>39</sup> 'obtinéte', *PL*-LXXVI: 1265.

<sup>40</sup> 'hanc qui', *PL*-LXXVI: 1265.

<sup>41</sup> 'qui', *PL*-LXXVI: 1265.

<sup>42</sup> *Legenda*-1518.

<sup>43</sup> AS:639. does not indicate 'Ÿ. Glória. †Quam repromisit.' In BL-52359:473v. 'temptaciónem' is set D.D.FEFG.FEGFEFEDE.ED; 'fúerit' is set G.GABAGA.AGBA; 'Deus' is set GFEFDEFEF.ED.

<sup>44</sup> In BL-523259:473v. 'constans' is set DAGAGA.FE; 'Christiáne' is set FDD.C.DE.E; 'velut' is set C.DF. In PEN:248v. 'sanctus pro' appears to be set DE.C DC; 'confessióne' is set DF.EDFDD.C.DE.E; the second repeat is to '†Gládio'.

<sup>45</sup> 1519-C:16v. has no flat. In BL-52359:475r. 'est' and its music appears after 'celis'.

<sup>46</sup> BL-52359:475r. has 'illic et miúster', set F.E C E.E.G.

<sup>47</sup> 1519-C:17r.



<sup>48</sup> 1519-C:17r.

<sup>49</sup> 1519-C:17r.

<sup>50</sup> 1519-C:17r.

<sup>51</sup> The Sarum Hymnals give the following doxology, rather than that of Eastertide.



5. Sit Chris- te Rex pi- íssime, Ti-bi Pa-trí-que gló-ri- a :



Cum Spí-ri-to Pa-rá-clip-to, In sempi-tér-na sé-cu-la.

<sup>52</sup> This setting does not appear in the Sarum sources; however, it is presumably the correct setting for Ascensiontide. In fact, no feast of One Martyr will occur in Ascensiontide.

<sup>53</sup> 1519-C:17r.

<sup>54</sup> The hymnals give only the ordinary doxology.

<sup>55</sup> 1519-C:17v.

<sup>56</sup> In BL-52359:475r. 'cadens in' is set CD.F E; 'ipsum appears to be set A.D; 'manet' is set G.F.

<sup>57</sup> 1519-C:17v.

<sup>58</sup> 1519-C:17v. indicates the entry of the choir at 'me'. In BL-52359:475r. 'semetípsum' is set A.G.FG.F; 'tollat' is set C.D.

<sup>59</sup> 1519-C:17v.

<sup>60</sup> 1519-C:17v.

<sup>61</sup> 1519-C:18r.

<sup>62</sup> 1519-C:18r.

<sup>63</sup> 1519-C:18v.

<sup>64</sup> 'hujus diéi solemnitétem pro commemoratióne beati *N.* mártiris tui atque pontíficis gloriósa passióne fecisti', 1519-C:18v. 'pro beati *N.* mártiris tui atque pontíficis commemoratióne fecisti', SB-P:386.

<sup>65</sup> 1519-C:18v.

<sup>66</sup> *Op.* 1. 1496. SB-P:387.

<sup>67</sup> 'ergo', SB-P:387.

<sup>68</sup> 1519-C:18v. See the note at the sermon 'Et quómodo in presénti século'. below.

<sup>69</sup> 'Omelia' 1519-C:18v.

<sup>70</sup> *Op.* v. 490. SB-P:390. 1519-C:15r. has a different incipit for the homily: 'Seípsum.'

<sup>71</sup> 'quemádmódum', 1519-C:18v.

<sup>72</sup> *Legend* 1518-P:6v.

<sup>73</sup> *Legend* 1518-P:6v. has an abbreviated lesson:

'De futúro témpore hoc scriptum est, quando júdica et illuminábit occúlta tenebrárum et manifésta fáciat consília córdium. Et est sensus, Nolite timére sevíciam persecutórum et blasphemántium

rábíem, quia véniet dies iudícii in quo et virtus vestra et eórum nequícia demonstrábitur. Quod dico vobis in ténebris dícite in lúmine, et quod aure áuditis : predicáte super tecta, quod áuditis in mystério apértius predicáte, Quod didicístis absconse : públice loquimini : quod vos erudívi in párvulo Judée loco : in univérsis úrbibus et in toto mundo audácter dícite. Et nolíte timére eos qui occidunt corpus : ánimam autem non possunt occídere.'

<sup>74</sup> 1531-P:72v. indicates '*Lectio ij. Legend 1518:6v.* has a different, shorter text, but with considerable duplication, labelled '*Lectio viij.*':

'Si persecutores sanctorum occisis corpóribus non habent ámplius quid contra illos agant. Ergo supervacua fúrant insánia : qui mórtua mártýrum membra feris avibúsque discerpénda próiciunt., vel in auras extenuari, vel in undas solvi, vel per flammás in cínere fáciunt rédigi : cum nequáquam omnipoténti Dei qui ea resuscitándo vivífiet obsístere possunt. Sed potest eum timéte : qui potest et ánimam et corpus pérdere in gehénna. Nomen gehénne in vetéribus libris non invenitur : sed primum a Salvátore pónitur. Futúra ergo supplícia et pene perpétue quibus peccátore cruciandí sunt : gehénne vocábulo denotántur. Nonne duo pásseres asse véneunt : et unus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro ? Heret sibi sermo Domínicus et consequéntia pendent ex prióribus. Supradíxerat nolíte timére eos qui occidunt corpus, ánimam autem non possunt occídere : nunc lóquitur consequénte, Nonne duo pásseres asse véneunt : et unus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro ?'

<sup>75</sup> 1531-P:72v. indicates '*Lectio ij. Legend 1518:6v.* has a different, shorter text, but with some duplication, labelled '*Lectio nona.*':

'Si parva animália et vília absque Deo auctóre non decídunt : et in ómnibus est providéncia, et que in eis peritúra sine Dei voluntáte non péreunt : vos qui etérni estis non debétis timére quod absque Dei vivátis providéncia. Iste sensus et supra dictus est. Vestri autem et capílli cápitis, omnes numeráti sunt. Númerus capillórum non in actu computatiónis : sed in facultáte cognitiónis accípitur. Non enim sollicitam Deus cure numerátus inténdit excúbiam, sed cui cógnita sunt ómnia quasi numeráta sunt ómnia. Bene tamen numeráta dicúntur : quia qui volúmus serváre numerámus. Ubi immensam Dei erga hómines osténdit providéntiam et ineffábilem signat affectum : quod nil nostrum Deum láteat : et parva étiam non fúgiant. Nolíte ergo timére multis passéribus melióre estis vos. Melióre dicit, quia rationábiles, quia ad imáginem Dei creati : quia etérni. Propter hóminem enim creatá sunt bruta animália ut habéret inde nutrimentum atque servítium non propter jumenta. Homo. Tu.'

<sup>76</sup> SB-P:395, erratum.

<sup>77</sup> SB-P:395; 1531-P:72v. has '*conversátio.*'